Click Here

Common Latin Terms 1. Mass: English form of Missa or 'dismissal' 2. Eucharist: Greek for thanksgiving 3. Pater Noster: Our Father 4. Ave Maria: Hail Mary 5. Credo: I believe 6. Salve Regina: Hail Holy Queen 7. Te Deum: Thee God 8. Memorare: to Remember 9. De Profoundis: Out of the Depths 10. Sub Tuum: We Fly to You(r) 11. Regina Coeli: Queen of Heaven 12. Novena: nine 13. Venite Adoremus: Come Let us Adore Him 14. Confiteor: I confess 15. Kyrie eleison: (Greek) Lord have mercy 16. Gloria in Excelsis: Glory be to God on High 17. Angelus: the Angel 18. Evangelium: Gospel or 'Good tidings' 19. Agnus Dei: Lamb of God 20. Sanctus: holy 21. Ave Maris Stella: Hail Star of the Sea 22. Laudare, Benedicere: to praise, to bless 23. O Salutaris Hostia: O Saving Victim 24. Tantum Ergo: Down in Adoration Falling 25. Adoro Te Devote: I Devoutly Adore Thee 26. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Top Of Page A prayer of thanksgiving Laudate Dominum, omnes gentes; laudate eum, omnes populi; quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas Domini manet in aeternum. V. Confiteantur tibi populi, Deus. R. Confiteantur tibi populi omnes. Oremus: Protector noster, aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, et fac ut ab ortu solis usque ad occasum magnificetur nomen tuum in gentibus, ac in omni loco sacrificetur et offeratur nomini tuo oblatio munda. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen. O praise the Lord, all ye nations: praise Him, all ye peoples; for His mercy is confirmed upon us: and the truth of the Lord remaineth forever. V. Let the people praise Thee, O God. R. Let all the people praise Thee. Let us pray: O God, our Protector, behold and look upon the face of Thy Christ, who gave Himself a redemption for all, and grant that from the rising of the sun even to teh going down, Thy Name may be great among the Gentiles, and in every place sacrifice and a clean oblation may be offered unto Thy Name. Through the same Christ our Lord. Amen. Indulgence of 3 years; plenary on usual conditions for those who say these prayers daily for one month. Top Of Page A prayer to implore God's assistance before any action Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni et adiuvando prosequere: ut cuncta nosta oratio et operatio a te semper incipiat et per ta coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Go before us, O Lord, we beseech Thee, in all our doings with Thy gracious inspiration, and further us with Thy continual help, that every prayer and work of ours may begin from Thee, and by Thee be duly ended. Through Christ our Lord. Amen. Top Of Page A prayer for a happy death Da, quaesumus Dominus, ut in hora mortis nostrae Sacramentis refecti et culpis omnibus expiati, in sinum misericordiae tuae laeti suscipi mereamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Grant, we beseech Thee, O Lord, that in the hour of our death we may be refreshed by Thy holy Sacraments and delivered from all guilt, and so deserve to be received with joy into the arms of Thy mercy. Through Christ our Lord. Amen. Traditional indulgence of 3 years; plenary on the usual conditions if recited for a month. Top Of Page A prayer for peace Da, Domine, propitius pacem in diebus nostis, ut, ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Graciously give peace, O Lord, in our days, that, being assisted by help of Thy mercy, we may ever be free from sin and safe from all disturbance. Through Christ our Lord. Amen. Traditional indulgence of 3 years; plenary on the usual conditions if recited for a month. Top Of Page A prayer of penance and faith Deus meus, credo in te, spero in te, amo te super omnia ex tota anima mea, ex toto corde meo, ex totis viribus meis: amo te quia es infinite bonus et dignus qui ameris; et quia amo te, me paeitet ex toto corde te offendisse: miserere mihi peccatori. Amen. My God, I believe in Thee, I hope in Thee, I love Thee above all things with all my soul, with all my heart and with all my stregth; I love Thee because Thou art infinitely good and worthy of being loved; and because I love Thee, I repent with all my heart of having offended Thee; have mercy on me, a sinner. Amen. Traditional indulgence of 300 days. Top Of Page Domine Iesu A prayer to our Lord Jesus Christ Domine Iesu, Per vagitus Tui in praesepio pro me nascentis, Per lacrimas Tui in cruce pro me morientis, Per amorem Tui in tabernaculo pro me viventis, Miserere mei et salva me. Lord, Jesus, Through Thine infant cries when Thou wast born for me in the manger, Through Thy tears when Thou didst die for me on the Cross, Through Thy love as Thou livest for me in the tabernacle, Have mercy on me and save me. Traditional indulgence of 300 days; plenary on usual conditions if prayed for one month. Top Of Page Laudes Divinae Divine Praises Benedictus Deus. Benedictum Nomen Sanctum eius. Benedictus Jesus Christus, verus Deus et verus homo. Benedictum Nomen Jesu. Benedictum Cor eius sacratissimum. Benedictus Sanguis eius pretiosissimus. Benedictus Jesus in sanctissimo altaris Sacramento. Benedictus Sanctus Spiritus, Paraclitus. Benedicta excelsa Mater Dei, Maria sanctissima. Benedicta sancta eius et immaculata Conceptio. Benedicta eius gloriosa Assumptio. Benedictum nomen Mariae, Virginis et Matris. Benedictus sanctus Ioseph, eius castissimus Sponsus. Benedictus Deus in Angelis suis, et in Sanctis suis. Amen. Blessed be God. Blessed be His Holy Name. Blessed be Jesus Christ, true God and true man. Blessed be the name of Jesus. Blessed be His Most Sacred Heart. Blessed be His Most Precious Blood. Blessed be Jesus in the Most Holy Sacrament of the Altar. Blessed be the Holy Spirit the Paraclete. Blessed be the great Mother of God, Mary Most Holy. Blessed be her holy and Immaculate Conception. Blessed be her glorious Assumption. Blessed be the name of Mary, Virgin and Mother. Blessed be St. Joseph, her most chaste spouse. Blessed be God in His Angels and in His Saints. Amen. Top Of Page Athanasian Creed Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem: Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in aeternam peribit. Fides autem catholica haec est: ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur. Neque confundentes personas, neque substantiam seperantes. Alia est enim persona Patris alia Filii, alia Spiritus Sancti: Sed Patris, et Fili, et Spiritus Sancti una est divinitas, aequalis gloria, coeterna maiestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus. Aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres aeterni, sed unus aeternus. Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, et unus immensus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus.Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres dii, sed unus est Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus. Quia, sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri christiana veritate compelimur: ita tres Deos aut Dominos dicere catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus Sanctus a Patre et Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus: sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales. Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, Deus et homo est. Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus: et homo est ex substantia matris in saeculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali et humana carne subsistens. Aequalis Patri secundum divinitatem: minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino, non confusione substantiae, sed unitate personae. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo: ita Deus et homo unus est Christus. Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: et reddituri sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam: qui vero mala, in ignem aeternum. Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Amen. Whoever wishes to be saved must, above all, keep the Catholic faith. For unless a person keeps this faith whole and entire he will undoubtedly be lost forever. This is what the Catholic faith teaches: we worship one God in the Trinity and the Trinity in unity. We distinguish among the persons, but we do not divide the substance. For the Father is a distinct person; the Son is a distinct person; and the Holy Spirit is a distinct person. Still the Father and the Son and the Holy Spirit have one divinity, equal glory, and coeternal majesty. What the Father is, the Son is, and the Holy Spirit is. The Father is uncreated, the Son is uncreated, and the Holy Spirit is uncreated. The Father is boundless, the Son is boundless, and the Holy Spirit is boundless. The Father is eternal, the Son is eternal, and the Holy Spirit is eternal. Nevertheless, there are not three eternal beings, but one eternal being. Thus there are not three uncreated beings, nor three boundless beings, but one uncreated being and one boundless being. Likewise, the Father is omnipotent, the Son is omnipotent, and the Holy Spirit is omnipotent. Yet there are not three omnipotent beings, but one omnipotent being. Thus the Father is God, the Son is God, and the Holy Spirit is God. But there are not three gods, but one God. The Father is Lord, the Son is Lord, and the Holy Spirit is Lord. There as not three lords, but one Lord. For according to Christian truth, we must profess that each of the persons individually is God; and according to Christian religion we are forbidden to say that there are three gods or lords. The Father is not made by anyone, nor created by anyone, nor generated by anyone. The Son is not made nor created, but he is generated by the Father alone. The Holy Spirit is not made nor created nor generated, but proceeds from the Father and the Son. There is, then, one Father, not three Fathers; one Son, but not three sons; one Holy Spirit, not three holy spirits. In this Trinity, there is nothing greater, nothing less than anything else. But the entire three persons are coeternal and coequal with one another. So that, as we have said, we worship complete unity in the Trinity and the Trinity in unity. This, then, is what he who wishes to be saved must believe about the Trinity. It is also necessary for eternal salvation that he believes steadfastly in the incarnation of our Lord Jesus Christ. The true faith is: we believe and profess that our Lord Jesus Christ, the Son of God, is both God and man. As God He was begotten of the substance of the Father before time; as man He was born in time of the substance of His Mother. He is perfect God; and He is perfect man, with a rational soul and human flesh. He is equal to the Father in His divinity, but He is inferior to the Father in His humanity. Although He is God and man, He is not two, but one Christ. And He is one, not because His divinity was changed into flesh, but because His humanity was assumed to God. He is one, not at all because of a mingling of substances, but because He is one person. As a rational soul and flesh are one man: so God and man are one Christ. He died for our salvation, descended to hell, arose from the dead on the third day. Ascended into heaven, sits at the right hand of God the Father almighty, and from there He shall come to judge the living and the dead. At His coming, all men are to arise with their own bodies; and they are to give an account of their lives. Those who have done good deeds will go into eternal life; those who have done evil will go into everlasting fire. This is the Catholic faith. Everyone must believe it, firmly and steadfastly; otherwise He cannot be saved. Amen. Top Of Page Magnificat MAGNIFICAT anima mea Dominum: et exsultavit spiritus meus in Deo, salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in bracchio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes. Suscepit Israel, puerum suum, recordatus misericordiae suae. Sicut locuts est ad patres nostros, Abraham et semini eius in saecula. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. My soul magnifies the Lord, and my spirit rejoices in God my Saviour; For he has regarded the lowliness of his handmaid; behold, henceforth all generations shall call me blessed. Because He who is mighty has done great things for me, and holy is His name; And His mercy is from generation to generation, on those who fear Him. He has shown might with His arm, He has scattered the proud in the conceit of their heart. He has put down the mighty from their thrones, and has exalted the lowly. He has filled the hungry with good things, and the rich He has sent away empty. He has given help to Israel, His servant, mindful of His mercy -- Even as he spoke to our fathers -- to Abraham and to his posterity for ever. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost. as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Top Of Page Actus Caritatis Act of Charity Domine Deus, amo te super omnia proximum meum propter te, quia tu es summum, infinitum, et perfectissimum bonum, omni dilectione dignum. In hac caritate vivere et mori statuo. Amen. O my God, I love Thee above all things, with my whole heart and soul, because Thou art all-good and worthy of all love. I love my neighbor as myself for the love of Thee. I forgive all who have injured me, and ask pardon of all whom I have injured. Amen. Top Of Page Actus Spei Act of Hope Domine Deus, spero per gratiam tuam remissionem omnium peccatorum, et post hanc vitam aeternam felicitatem me esse consecuturum: quia tu promisisti, qui es infinite potens, fidelis, benignus, et misericors. In hac spe vivere et mori statuo. Amen. O my God, relying on Thy almighty power and infinite mercy and promises, I hope to obtain pardon for my sins, the help of Thy grace, and life everlasting, through the merits of Jesus Christ, my Lord and Redeemer. Amen. Top Of Page Actus Fidei Act of Faith Domine Deus, firma fide credo et confiteor omnia et singula quae sancta ecclesia Catholica proponit, quia tu, Deus, ea omnia revelasti, qui es aeterna veritas et sapientia quae nec fallere nec falli potest. In hac fide vivere et mori statuo. Amen. O my God, I firmly believe that Thou art one God in three divine persons, Father, Son and Holy Spirit; I believe that Thy divine Son became man and died for our sins, and that He shall come to judge the living and the dead. I believe these and all the truths which the holy Catholic Church teaches, because Thou hast revealed them, Who canst neither deceive nor be deceived. Amen. Top Of Page Sancte Michael Archangele Prayer To St. Michael The ArchAngel Sancte Michael Archangele, defende nos in proelio; contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium. Imperat illi Deus; supplices deprecamur: tuque, Princeps militiae coelestis, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude. Amen Saint Michael the Archangel, defend us in the battle, be our safeguard and protection against the wickedness and snares of the devil; may God rebuke him, we humbly pray; and do thou, O Prince of the heavenly host, by the power of God, thrust into hell Satan and all evil spirits who wander through the world seeking the ruin of souls. Amen. Top Of Page Confiteor I Confess Confiteor Deo omnipotenti, beatae Mariae semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistae, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis, fratres (et tibi pater), quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres (et te, pater), orare pro me ad Dominum Deum nostrum. Amen. I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the archangel, to blessed John the Baptist, to the holy apostles Peter and Paul, to all the saints, and to you my brothers (and to thee, father) that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed, through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore, I beseech blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the archangel, blessed John the Baptist, the holy apostles Peter and Paul, and all the saints, to pray for me to the Lord our God. Amen. Top Of Page Oratio Dominica The Lord's Prayer PATER noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen. OUR Father, who art in heaven, hallowed be Thy name. Thy kingdom come. Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread and forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation, but deliver us from evil. Amen. Top Of Page Memorare To Remember Memorare, o piissima Virgo Maria, non esse auditum a saeculo, quemquam ad tua currentem praesidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia esse derelicta. Nos tali animati confidentia ad te, Virgo Virginum, Mater, currimus; ad te venimus; coram te gementes peccatores assistimus. Noli, Mater Verbi, verba nostra despicere, sed audi propitia et exaudi. R. Amen. Remember, O most gracious Virgin Mary, that never was it known that anyone who fled to thy protection, implored thy help, or sought thy intercession, was left unaided. Inspired with this confidence, we fly unto thee, O Virgin of virgins and Mother; to thee do we come; before thee do we stand, sinful and sorrowful; O Mother of the Word Incarnate, despise not our petitions, but in thy mercy hear and answer us. R. Amen Top Of Page The Angelic Trisagion Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: Plena es terra gloria tua: Gloria Patri, Gloria Filio, Gloria Spiritui Sancto. Holy, holy, holy, Lord God of hosts, the earth is full of thy glory! Glory be to the Father, Glory be to the Son, Glory be to the Holy Ghost. Top Of Page Ave Maria Hail Mary AVE Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, et in hora mortis nostrae. Amen. HAIL Mary, full of grace, the Lord is with thee. Blessed art thou amongst women and blessed is the fruit of thy womb, Jesus. Holy Mary, Mother of God, pray for us sinners, now, and in the hour of our death. Amen. Top Of Page Oratio Ad Beatam Mariam Virginem Ante Missam Prayer To The Blessed Virgin Mary Before Mass O MATER pietatis et misericordiae, beatissima Virgo Maria, ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu; et precor pietatem tuam, ut, sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti astitisti, ita et mihi, misero peccatori, (et sacerdotibus omnibus, hic et in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus) [et fidelibus omnibus sacrosanctum Filii tui Corporis sumentibus], clementer adsistere digneris, ut, tua gratia adiuti, (dignam et acceptabilem hostiam in conspectu summae et individuae Trinitatis offerre valeamus) [digne ac fructuose illud sumere valeamus]. Amen. MOTHER of mercy and of love, most blessed Virgin Mary, I, a poor and unworthy sinner, fly to thee with all my heart and all my affection. I implore thy loving-kindness, that even as thou didst stand beside thy dear Son as He hung upon the Cross, so wilt thou also stand by me, a poor sinner, (and by all the priests who are offering Mass here today and throughout the entire Church) [and beside all thy faithful people receiving the most sacred Body of thy Son]. Grant us, that by thy grace, we may (offer a worthy and acceptable sacrifice in the sight of the most high and undivided Trinity) [receive it worthily and fruitfully]. Amen. Top Of Page Preces Ad Sanctum Ioseph Ante Missam Prayer To St. Joseph Before Mass O FELICEM virum, beatum Ioseph, cui datum est Deum, quem multi reges voluerunt videre et non viderunt, audire et non audierunt, non solum videre et audire, sed portare, deosculari, vestire et custodire! Ora pro nobis, beate Ioseph. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. DEUS, qui dedisti nobis regale sacerdotium: praesta, quaesumus; ut, sicut beatus Ioseph unigenitum Filium tuum, natum ex Maria Virgine, suis manibus reverenter tractare meruit et portare, ita nos facias cum cordis munditia et operis innocentia tuis sanctis altaribus deservire, ut sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem hodie digne sumamus, et in futuro saeculo praemium habere mereamur aeternum. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen. O BLESSED Joseph, happy man, to whom it was given not only to see and to hear that God Whom many kings longed to see, and saw not, to hear, and heard not; but also to carry Him in your arms, to embrace Him, to clothe Him, and guard and defend Him. Pray for us, O Blessed Joseph. That we may be made worthy of the promises ofChrist O GOD, Who has given us a royal priesthood, we beseech Thee, that as Blessed Joseph was found worthy to touch with his hands, and to bear in his arms, Thy only-begotten Son, born of the Virgin Mary, so may we be made fit, by cleanness of heart and blamelessness of life, to minister at Thy holy altar; may we, this day, with reverent devotion partake of the Sacred Body and Blood of Your Only-begotten Son, and may we in the world to come be accounted worthy of receiving an ever-lasting reward. Through the same Christ our Lord. Amen. Top Of Page Oratio ad Sanctum Ioseph Prayer To St. Joseph After Mass VIRGINUM custos et pater, sancte Ioseph, cuius fideli custodiae ipsa Innocentia Christus Iesus et Virgo virginum Maria commisa fuit; te per hoc utrumque carissimum pignus Iesum et Mariam obsecro et obtestor, ut me, ab omni immunditia praeservatum, mente incontaminata, puro corde et casto corpore Iesu et Mariae semper facias castissime famulari. Amen. GUARDIAN of virgins and father, Saint Joseph, to whose faithful custody Innocence itself, Christ Jesus, and Mary, Virgin of virgins, was committed; I pray and beseech thee by each of these dear pledges, Jesus and Mary, that, being preserved from all uncleanness, I may with spotless mind, pure heart, and a chaste body, ever serve Jesus and Mary most chastely all the days of my life. Amen. Top Of Page Symbolum Apostolorum Apostles' Creed CREDO in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen. I BELIEVE in God, the Father almighty, Creator of heaven and earth. I believe in Jesus Christ, His only Son, our Lord. He was conceived by the power of the Holy Spirit and born of the Virgin Mary. He suffered under Pontius Pilate, was crucified, died, and was buried. He descended to the dead. On the third day He rose again. He ascended into heaven and sits at the right hand of God, the Father Almighty. From thence He shall come to judge the living and the dead. I believe in the Holy Spirit, the holy catholic Church, the communion of saints, the forgiveness of sins, the resurrection of the body, and the life everlasting. Amen. Top Of Page Symbolum Nicaenum Nicene Creed Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae,visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est, et resurrexit tertia die, secundum Scripturas, et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen. I believe in one God, the Father almighty, maker of heaven and earth, and of all things visible and invisible. And in one Lord, Jesus Christ, the only begotten Son of God, born of the Father before all ages. God from God, Light from Light, true God from true God, begotten, not made, one in being with the Father; through Whom all things were made. Who for us men and for our salvation came down from heaven. He was made flesh by the Holy Spirit from the Virgin Mary, and was made man. He was crucified for us under Pontius Pilate; suffered, and was buried. On the third day He rose again according to the Scriptures; He ascended into heaven and sits at the right hand of the Father. He will come again in glory to judge the living and the dead, and of His kingdom there shall be no end. And in the Holy Spirit, the Lord and giver of Life, Who proceeds from the Father and the Son. Who, with the Father and the Son, is adored and glorified: Who has spoken through the Prophets. And I believe in one holy, catholic and apostolic Church. I confess one baptism for the remission of sins. And I look for the resurrection of the dead, and the life of the age to come. Amen. Top Of Page Oratio Ante Communionem Prayer Before Communion DOMINE Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis et universis malis: et fac me tuis semper inhaerere mandatis, et a te numquam separari permittas. Amen. O LORD Jesus Christ, Son of the living God, Who by the will of the Father and with the cooperation of the Holy Spirit have by Thy death given life unto the world: deliver me by this, Thy most sacred Body and Blood, from all my sins and from every evil. Make me always cling to Thy commandments and never permit me to be separated from Thee. Amen. Top Of Page Benedictio Mensae Blessing Prayer Before Meals BENEDIC, Domine, nos et haec tua dona quae de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Ante prandium Mensae coelestis participes faciat nos, Rex aeternae gloriae. Amen. Ante cenam Ad coenam vitae aeternae perducat nos, Rex aeternae gloriae. Amen. BLESS us, O Lord, and these Thy gifts which we are about to receive from Thy bounty, through Christ our Lord. Amen. Add for midday; May the King of everlasting glory make us partakers of the heavenly table. Amen. Add for evening; May the King of ever-lasting glory lead us to the banquet of life eternal. Amen. Prayer After Meals AGIMUS tibi gratias, omnipotens Deus, pro universi beneficiis tuis, qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen. V. Deus det nobis suam pacem. R. Et vitam aeternam. Amen. WE give Thee thanks, almighty God, for all Thy benefits, who livest and reignest for ever and ever. Amen. V. May the Lord grant us His peace. R. And life everlasting. Amen. Top Of Page Doxologia Minor Glory Be GLORIA Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. GLORY be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and will be forever. Amen. Top Of Page Signum Crucis Sign of the Cross IN nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. IN the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit. Amen. Top Of Page Veni, Sancte Spiritus Come, Holy Spirit VENI, Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende. V. Emitte Spiritum tuum et creabuntur; R. Et renovabis faciem terrae. Oremus: DEUS, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti. Da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen. COME, Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful and kindle in them the fire of Thy love. V. Send forth Thy Spirit and they shall be created R. And Thou shalt renew the face of the earth. Amen. Let us pray: O GOD, Who taught the hearts of the faithful by the light of the Holy Spirit, grant that, by the gift of the same Spirit, we may be always truly wise, and ever rejoice in His consolation. Through Christ our Lord. Amen. Top Of Page Angele Dei Angel of God ANGELE Dei, qui custos es mei, Me tibi commissum pietate superna; (Hodie, Hac nocte) illumina, custodi, rege, et guberna. Amen. ANGEL of God, my guardian dear, To whom his love commits me here; Ever this (day, night) be at my side, To light and guard, to rule and guide. Amen. Top Of Page Actus Contritionis Act of Contrition DEUS meus, ex toto corde poenitet me omnium meorum peccatorum, eaque detestor, quia peccando, non solum poenas a Te iuste statutas promeritus sum, sed praesertim quia offendi Te, summum bonum, ac dignum qui super omnia diligaris. Ideo firmiter propono, adiuvante gratia Tua, de cetero me non peccaturum peccandique occasiones proximas fugiturum. Amen. O MY God, I am heartily sorry for having offended Thee and I detest all my sins because of Thy just punishments, but most of all because they offend Thee, my God, who art all good and deserving of all my love. I firmly resolve, with the help of Thy grace, to sin no more and avoid the near occasions of sin. Amen. Top Of Page Rosarium Rosary Symbolum Apostolorum CREDO in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem et vitam aeternam. Amen. Apostles' Creed I BELIEVE in God, the Father almighty, creator of heaven and earth. I believe in Jesus Christ, His only Son, our Lord. He was conceived by the power of the Holy Spirit and born of the Virgin Mary. He suffered under Pontius Pilate, was crucified, died, and was buried. He descended to the dead. On the third day He rose again. He ascended into heaven and is seated at the right hand of the Father. He will come again to judge the living and the dead. I believe in the Holy Spirit, the holy catholic Church, the communion of saints, the forgiveness of sins, the resurrection of the body, and the life everlasting. Amen. Oratio Dominica PATER noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen. The Lord's Prayer OUR Father, who art in heaven, hallowed be Thy name. Thy kingdom come. Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread and forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation, but deliver us from evil. Amen. Ave Maria AVE Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, et in hora mortis nostrae. Amen. Hail Mary HAIL Mary, full of grace, the Lord is with thee. Blessed art thou amongst women and blessed is the fruit of thy womb, Jesus. Holy Mary, Mother of God, pray for us sinners, now, and in the hour of our death. Amen. Doxologia Minor GLORIA Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Glory Be GLORY be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and will be forever. Amen. On Good Friday, the following may be used in place of the Doxologia Minor R. Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem. V. Mortem autem crucis. On Good Friday, the following may be used in place of the Glory Be R. Christ became obedient for us unto death. V. Even unto death on the Cross. On Holy Saturday, the following may be used in place of the Doxologia Minor R. Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. V. Propter quod et Deus exaltavit illum: et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. On Holy Saturday, the following may be used in place of the Glory Be R. Christ became obedient for us unto death, even unto death on the Cross. V. For which God hath exalted Him and hath given Him a name which is above all names. Oratio Fatima DOMINE Jesu, dimitte nobis debita nostra, salva nos ab igne inferni, perduc in caelum omnes animas, praesertim eas, quae misericordiae tuae maxime indigent. Fatima Prayer O my Jesus, forgive us our sins and save us from the fires of Hell. Lead all souls to heaven, especially those in most need of Thy mercy. Meditationes Rosarii Meditations I. Mysteria Gaudia 1. Quem, Virgo, concepisti. 2. Quem visitando Elisabeth portasti. 3. Quem, Virgo, genuisti. 4. Quem in templo praesentasti. 5. Quem in templo invenisti. I. Joyous Mysteries 1. Him Whom thou didst conceive. 2. Him Whom thou didst carry while visiting Elizabeth. 3. Him Whom thou didst give birth to. 4. Him Whom thou didst present in the temple. 5. Him Whom thou didst find in the temple. II. Mysteria dolorosa 1. Qui pro nobis sanguinem sudavit. 2. Qui pro nobis flagellatus est. 3. Qui pro nobis spinis coronatus est. 4. Qui pro nobis crucem baiulavit. 5. Qui pro nobis crucifixus est. II. Sorrowful Mysteries 1. He Who sweated blood for us. 2. He Who was scourged for us. 3. He Who was crowned with thorns for us. 4. He Who carried the Cross for us. 5. He Who was crucified for us. III. Mysteria gloriosa 1. Qui resurrexit a mortuis. 2. Qui in caelum ascendit. 3. Qui Spiritum Sanctum misit. 4. Qui te assumpsit. 5. Qui te in caelis coronavit. III. Glorious Mysteries 1. He Who arose from the dead. 2. He Who ascended into heaven. 3. He Who sent the Holy Spirit. 4. He Who assumed thee into heaven. 5. He Who crowned thee Queen of Heaven. Salve Regina SALVE, Regina, mater misericordiae: vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii Hevae. Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria. Amen. Hail Holy Queen HAIL holy Queen, Mother of mercy, our life, our sweetness, and our hope. To thee do we cry, poor banished children of Eve. To thee do we send up our sighs, mourning and weeping in this valley of tears. Turn then, most gracious Advocate, thine eyes of mercy toward us. And after this our exile show unto us the blessed fruit of thy womb, Jesus. O clement, O loving, O sweet Virgin Mary. Amen. Oratio ad Finem Rosarii Dicenda V. Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus: DEUS, cuius Unigeniti per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit, concede, quaesumus: ut haec mysteria sacratissimo beatae Mariae Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt assequamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen. Prayer at the End of the Rosary V. Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix. R. That we may be made worthy of the promises of Christ. Let us pray: O GOD, Who by the life death and resurrection of Thy only-begotten Son, hath purchased for us the rewards of eternal salvation, grant, we beseech Thee, that meditating on these mysteries of the most holy Rosary of the Blessed Virgin Mary, we may imitate what they contain and obtain what they promise, through the same Christ our Lord. Amen. Top Of Page En ego, o bone et dulcissime Iesu Prayer Before a Crucifix EN EGO, o bone et dulcissime Iesu, ante conspectum tuum gen